



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Philosophistæ Seu Excerpta Pauca Ex Multis Libris,
Thesibus, Dictatis Theologicis**

[S.l.], [ca. 1692]

1668. Petrus De Bugis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39173

Philosophi morales; non tamen habent eam gravitatem quam Theologi in peccato peculiariter considerant, nempe prout dicit ordinem ad Deum, aliquo modo cognitum.

PETRUS DE BUGIS.

Petrus de Bugis Jesuita Gallus idem sentit hanc in 1668. parte cum Joanne de Lugo, cuius expressiones transcribit Lib. 3. de Incarn. cap. 5. n. 9. Tractatus editus est Lugduni anno 1668.

JACOBUS PLATELIUS.

Jacobus Platelius Jesuita Belga & Duaci Theologiae Professor edidit anno 1679. Synopsem cursus Theologici, in cuius 2. parte cap. 3. §. 3. n. 189. pag. 116. sic habet: Hinc peccatum, quantumvis rationi graviter repugnans, commissum ab invincibiliter ignorantie aut non advertente Deum esse, aut peccatis offendere, non est mortale: cum enim nullum etiam virtualē & implicitū Dei contemptum includatur, stare potest cum charitate perfectā & amicitia divinā. Unde tale peccatum esset quidem grave gravitate Philosophicā praeceps sita in repugnantia cum naturā rationali qua tali, cuius consideratio pertinet ad Philosophum moralem, non tamen Theologicā consistente in repugnantia cum lege & bonitate divinā. Hęc enim malitia licet fundamentaliter sit prior Dei prohibitione, ejusque cognitione, sumpta tamen formaliter est posterior.

COLLEGIUM LEODIENSE JESUITARUM.

ANGLORUM. 1690.

Paulò post emissum Alexandri VIII. Decretum contra errorem de peccato philosophico prodit in lucem Leodi,